Fragmentarium



Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis. et indu
ite nouum qui secundum deum creatus est. qui renouatur
in agnitione secundum ymaginem eius qui creauit eum
R. V. ex capitula. ora.

Incip. A. Cum audisset iob
nunciorum uerba sustinuit pacienter. et ait si bona suscepimus de manu domini
mala autem quare non sustineamus in omnibus his non peccauit iob labiis su
neque stultum aliquid contra deum locutus est. Coll. Pateant aures. V.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando
manifestas multiplica super nos gratiam tuam. ut ad tua promissa
currentes celestium bonorum facias esse consortes. P.

Incipit liber Iob. prima

Vir in terra Hus nomine iob. Et erat uir ille simplex
et rectus. ac timens deum. et recedens a malo. Natique sunt
ei septem filii. et tres filie. I. R. Si bona suscepimus de manu domini
mala autem quare non sustineamus dominus dedit dominus abstulit sicut do
mino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum. V. In omnibus
his non peccauit iob labiis suis neque stultum quid contra deum locutus est. Dn.

Et fuit possessio eius. septem milia ouium. et tria milia camelorum.
Quingenta quoque iuga boum. et quingente asine. ac familia
multa nimis. I. R. Antequam comedam suspiro et tamquam inundan
tis aque sic rugitus meus quia timor quem timebam euenit michi et quod
uerebar accidit. nonne dissimulaui nonne silui et iam quieui et uenit super
me indignatio tua domine. V. Nolo multa fortitudine contendat mecum
nec magnitudinis sue mole me premat equitatem proponat contra me. Et uenit.

Et erat uir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii
eius. et faciebant conuiuium per domos. unusquisque in die suo. Et
mittentes. uocabant tres sorores suas. ut comederent et
biberent cum eis. I. R. Utinam appenderentur peccata mea quibus

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 35r – Breviarium monasticum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vcie/3345/35587)